



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

4 Studium generale Romanae Curiae est segregatum, & distinctum à studio generali Ciuitatis, in qua residet Romana Curia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

quòd in Ciuitate Auenionensi ,
 vbi tunc Curia Romana reside-
 bat, aderant duæ Vniuersitates
 discretæ inter se , nempè stu-
 dium Ciuitatis Auenionensis re-
 gulandum quoad Doctores ibi
 actu legentes , & scholares stu-
 dentes secundùm statuta Vni-
 uersitatis eiusdem Ciuitatis ; &
 studium* Romanæ Curie ab illo
 penitùs segregatum , quoad le-
 gentes , & audientes occasione,
 vel causa ipsius Curie, cuius sepa-
 ratam Vniuersitatem ipsi fa-
 cerent , subdens , quòd si con-
 tingeret , Curiam Romanam re-
 sidere in Ciuitate Parisiensi , O-
 xoniensi , Bononiensi , aut Sa-
 lamantina, concursus Studii Cu-
 riæ Romanæ cum altero Studio

4

dictarum Ciuitatum, non di-
minueret prouisionem præfata
Clem. quia non commiscentur
simul, vt ratione loci iudicen-
tur vnum dumtaxat, sed dicen-
da sunt duo Studia verè separata
inter se.

Hoc autem studium Curia
Romanæ, quod semper debet
esse penès Sedem Apostolicam,
idest vbi Summus Pontifex re-
sident, sicquè Romæ tanquam
diuinitus electæ pro tali residen-
5 tia, Hoc * inquam Studium re-
præsentatur per Collegium Ad-
uocatorum Consistorialium,
quos propterea facere Vniuer-
sitatem studii Romani asseruit
Staphilæus *De Prærogatiuis expe-
ctantium Rubr. In studio gene-
ra-*